



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regula CXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](#)

D. Petri Duen.

R E G V L A C X V I I I .

C O N F E S S I O facta sine causa, scilicet si aliquis confiteatur se debere decem, & non exprimi an ex causa mutui, vel depositi, vel ex alia causa, talis confessio non valet, neque praejudicat. Hac regulam probat tex. in c. si cautio, & ibi omnes docto. de fide instru. & in l. cum de indebito. in §. si. ff. de probatio. glo. in l. j. in verb. apud. ff. de interroga. actio. & in l. instrumenta. C. de probat. in l. generaliter. in verbo, eam. C. de non nume. pecun. De iure regio est tex. in l. vii. titu. xiiij. parte iiij. & in l. ij. tit. vii. lib. ij. fori. Hanc regulam limitat quatuor modis Hippol. in l. j. in §. preterea. num. 59. ff. de questio. vbi etiam latissime tractat materiam hunc regio. & sexdecim fallentias ponit Felin. in d. c. si cautio. num. 4. de fide instrumen.

1. Limita primo ultra eos, quando in protocolo Notarii instrumenta praecedentia continerent causam: nam licet sit unum instrumentum, sequens non habens causam plene probat: eo quia causa precedingens ceterur in sequenti repetita. Ita tenet Io. And. in Addi. ad Spec. in tit. de deposito. super rub. quem sequitur Iacob. de S. Georg. in d. l. j. num. 27. ff. de interroga. actio.

2. Secundo limita, quando apponenteretur haec verba, sponte, & quis sibi sic fieri placuit, confiteretur dare, vel debere decem: nam ista confessio, etiam sine causa, plene praejudicat propter illa verba. Ita consumuit notab. Alexan. in consil. lxxxiii. nu. 6. cum seq. in j. vol. argu. tex. in l. Campanus. ff. de oper. liberto.

3. Tertio fallit, in actione reali, puta si quis confiteatur talem rem meam esse: quo casu mihi acquiritur rei vendicatio ex tali confessione, etiam sine causa. Hanc limitationem ponit Ange. Aret. in §. j. Institut. de literatum oblig. uum. 5. Quae reg. hodie de iure regio locum non habere videtur, vt in l. iiij. tit. viij. lib. 3. ordinamenti, & dixi supra in regula xi.

R E G V L A C X I X .

C O N F E S S I O extra judicialis parte praesente plene probat. Hanc regulam probat tex. in l. Publia Mœvia. in si. ff. depositi. & in l. cum de indebito. in §. fin. ff. de probatio. & in l. generaliter. in fine. & ibi doct. C. de non nume. pecun. Et de iure regio probatur in l. 7. in medio, titu. 3. parte. 3. Hanc regulam ponit Bal. in l. 1. nu. 4. C. ne ex delict. def. & in l. quoniam. nu. 7. in si. 1. lectu. ff. de infami. lo. And. in rub. de probatio. Soc. in consil. 228. nu. 3. vol. 2.

1. Limita primo non procedere, si a parte non fuerit acceptata. Tenet Cyn. in l. vraca. in vi. q. C. de confes. & ibi Salice. in op. pos. xv. nam ad hoc ut praedicta confessio plene probet, non solum requiritur qd. fiat parte praesente, sed qd pars acceptet talem con-